

IX. Affectus Cutaneus singularis, ab Abrahamo Vaterno, *Anatomes & Botanices in Academia Wittembergensi Professore publico*, R. S. S. Regali Societati communicatus.

IN Transactionibus Philosophicis Illustrissimæ Societatis Regiæ, N° 424, pro Mensibus Julio & Augusto, Anno MDCCXXXII, recensetur Casus rarissimus pariter ac curiosissimus, cutis, aut potius cuticulæ prave constitutæ in puero rustico XIV annorum, quæ talem crassitiem & duritiem habet, ut corticem potius arboris, quam cutem humani corporis referat, quæ thecæ instar totum corpus, excepta facie, volisque manuum ac pedum, ita involvit, ut puer quasi in ea reconditus videatur, quam quotannis regeneratam autumnæ tempore, exuviarum instar, decidentem exiit ac deponit. Casum hunc apprime illustrat, quam nuper a Medico Clarissimo, Domino Licentiatò Harnischio, Gera in Variscia Illustrissimorum Comitum Ruthenicorum sedè, ad me per scriptam accepi, historia puellæ IX annorum, ibidem viventis. Hæc ante aliquot annos tumore artuum & totius corporis laboraverat, ad quem curandum, cum varia a parentibus remedia, præcipue domestica aut empirica adhiberentur, factum est, ut tumor durus insignis in dorso inter scapulas generaretur, quem gibberis initium judicantes itidem topicis discutere studuerunt votique etiam sui com-

C c 2

potes

potes facti sunt. At quid fit? Ab isto tempore sensim in manibus pedibusque, imprimis in horum plantis ac istarum volis, generari cœpit crusta sicca atque dura, quæ in apicibus digitorum longe prominere, ac apprehensionem gressumque impedit, adeo ut puella nec stare, nec incedere potuerit, sed portari ac curru vehi opus habuerit. Crusta hæc per intervalla decidit, præprimis post inunctiones varias a parentibus applicatas, sed puella inde male habuit, tumida evasit, anxietates & tormina intus sensit, quæ non nisi crusta ista regenerata cessarunt; hoc autem facto, nil amplius incommodi percepit, præterquam quod usu manuum pedumque destitueretur. Ab anni spatio denuo hoc malo afflictæ Chirurgi curæ tradita fuit, qui illam laxantibus Mercurialibus atque decoctis sanguinem purificantibus tractavit, quibus etiam malum cessit, ac mundities cutis restituta est, adeo ut puella nunc integra sanitate frui videatur: quæ an constans sit futura, tempus docebit. Accepi a laudato Medico portionem hujus crustæ, cum frustulo ejusdem ab apice digiti deciduo, tantæ longitudinis & crassitiei, ut extremum digiti articulum referat, eo magis, quia in uno latere particulam unguis monstrat. Microscopio inspecta hæc crusta, manifesto apparet, eam ex squamulis conflata esse, quod eo certius est testimonium, illam nil aliud, quam ipsam cuticulam, a nutrimento viscido & tartaræo expansam & indurata esse. Ex ejusdem supra laudati Viri relatione habeo, in urbe ibidem vicina pariter reperiri virginem, quæ a longo inde tempore, bis in anno, talem deponit crustam, a manibus pedibusque, necnon a cubito deciduam, quæ nullam a quibuscunque Medicamentis hæctenus usurpatis,

ufurpatis, levamen percepit. Laborat autem ifta obftructione menfium, quæ mali huhus fons atque origo effe videtur.

Wittenbergæ D. 1 Auguft.

A. D. MDCCXXXV.

X. Experiments concerning the Vibrations of Pendulums. *By the late W. Derham, D. D. F. R. S. and Canon of Windfor.*

THE Account which Mr. *Bradley* hath given in *Philofoph. Tranfact.* N^o 432, of Observations made at *Jamaica* by Mr. *Campbel*, with a nice *Pendulum-Clock* of Mr. *Graham's* making, brought to my Mind fome Experiments I made fome Years ago, that may be of Ufe in Observations of this nature.

The firft that I fhall take notice of, fhall be fome Experiments I made in the Year 1704, with excellent Instruments, concerning the *Vibrations of Pendulums in Vacuo*; which were published in the *Philofoph. Tranfact.* N^o 294. The Sum of which is, That the Vibrations in *Vacuo* were larger than in the *open Air*, or Receiver unexhausted: Alfo that the Enlargement or Diminution of the Vibrations, was constantly in Proportion to the Quantity of Air, or Rarity, or Density thereof, which was left in the Receiver of the Air-Pump. And as the Vibrations were larger or shorter, fo the Times were augmented, or diminished accordingly; *viz.*

two